

- tur et committatur rectori Rethimi presenti et futuris quod faciant ipsos judeos soluere solum colectam consuetam, absolventes eos ab angaria uillanorum communis. Uerum quia ipsi judei diminuti fuerunt in numero personarum fecerunt
- 15 sibi minui de onere dicte colecte, et conueniens sit quod si aucti sunt in numero similiter augeantur dicta colecta, scribatur duche et consiliarijs Crete quod examinent et prouideant superinde, ita quod si aucti sunt in numero, augeatur onus,
- 18 sicut pro utilitate nostri communis uidebunt conuenire. Et si consilium etc.

22

Ἐπιτρέπεται εἰς τὸν Πέτρον υἱὸν τοῦ Παύλου τῶν Σκορδυλλῶν, κομισθέντα αἰχμάλωτον ἐν Βενετία κατὰ τὴν ἐπανάστασιν ὑπὸ τῶν προνοητῶν, νὰ δύναιται νὰ ταξειδεύῃ ὅπου δῆποτε πλὴν τῆς Κρήτης, εἰς ἣν ἐὰν ᾔθελε τυχαίως προσορμισθῇ νὰ μὴ ἀποβιβασθῇ. Ἡ χάρις αὕτη παραχωρεῖται διότι ἐπέδειξε καλὴν διαγωγὴν ἐν Βενετία ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας του, ὅτε ἦτο ἐξαετὴς καὶ διότι δὲν ἐξέμαθεν οὐδεμίαν τέχνην καὶ ὥς ἐκ τούτου κατατρώχεται ὑπὸ δεινῆς πενίας. 1356, Μαΐου 22.

F^o 82^{to} Millesimo trecentesimo LVI, die XXII Maij.

- Capta. Cum Petrus natus Pauli de Scordillis de Creta tunc etatis circa annorum sex conductus fuerit captiuus Venetias per nobiles Uiros Justinianum Justinino et Andream Mauroceno prouisores in insula Crete tempore rebellionis grecorum insule, qui continue fuit hobediens et uixit in magna miseria et paupertate hucusque Venetijs; uadit pars, cum nullam artem nouerit, fiat sibi gratia sicut petit quod possit nauigare ad omnes partes in quibus potest nauigari preter quam ad insulam Crete saluo si casu fortuito coactus illuc iret, in quo tamen
- 5 casu non descendat in terram.
- 9

23

Ἐπιτρέπεται εἰς τὴν κατὰ τὴν ἐπανάστασιν ἐκτοπισθεῖσαν εἰς Κορώνην θυγατέρα τοῦ Κώστα Καποκαλύβη χήραν τοῦ Ἀλεξίου Καλλέργη νὰ ἐπανέλθῃ εἰς Κρήτην καὶ νὰ παραμείνῃ ἐπὶ ἓν ἔτος διὰ τὴν καλλιέργειαν τῶν κτημάτων της. 1356, Μαΐου 23.

F^o 82^{to} Millesimo trecentesimo LVI, die XXIII Maij.

- Capta. Quod concedatur Marie olim filie Coste Capsocaliui, relicte Alexij Kalergi de insula Crete, que destinata fuit ad confinium Coronum, tempore rebellionis dicte insule, quod pro reparatione possessionum suarum que sunt in desolatione possit ire in insulam Crete et stare per unum annum redeunde in fine termini ad confinium Coronum.
- 5

24

Περὶ τῆς ἐνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων. Ἀπάντησις πρὸς τὸν Πάπαν περὶ συνομολογήσεως αὐτῆς. Ἀποστέλλεται πρεσβευτὴς μὲ τὴν πληρεξουσιότητα νὰ διαπραγματευθῇ τὴν ἔνωσιν ταύτην. 1356, Μαΐου 24.



Fo 83^{to} Millesimo trecentesimo LVI, die XXIII Maij.

1

Capta. Intellectis litteris domini Pape, pro unione fienda contra Turchos, pri-
die nobis missis; uadit pars quod respondeatur eidem domino Pape qualiter nuper
recepimus litteras sanctitatis sue, quibus reuerenter receptis et plenius intellectis,
cognoscentes id fore utile et necessarium pro salute christianorum, sumus con-
tenti et offerimus nos paratos ad uolendum, quod fiat ipsa unio, iuxta sue sancti-
tatis litterarum seriem et tenorem, denotando eidem quod ad terminum ordinatum
et in litteris suis contentum, mittimus nuncium nostrum cum sindicatu ad ple-
num ad presentiam sanctitatis sue, pro confirmanda et roboranda unione predicta.
Et quia in litteris suis continetur quod, galee unionis esse debeant extra, in par-
tibus Smirnarum in kalendis Julij proximi, respondeatur quod non ordemus
quod ad ipsum terminum hoc posset apte fieri, set tamen si alij qui esse debeant
in unione ipsa, erunt de hoc in ordine, in habendo galeas suas extra, ad dictum
terminum, offerimus nos paratos similiter habere nostras, quia tot habemus extra,
quod erunt sufficientes ad unionem ipsam pro parte nostra.

15

Et ex nunc sit captum quod appropinquante termino in litteris domini Pape,
mitti debeat una sufficiens persona, secundum quod uidebitur consilio rogato-
rum uel maiori parti, ad presentiam domini Pape, cum sindicatu ad plenum pro
confirmanda et roboranda unione predicta et alijs faciendis que erunt necessaria
circa hoc.

20

Scribatur insuper Neapoleoni procuratori nostro, quod litteras nostras, quas
sibi mitterimus, occasione predicta domino Pape presentandas, studeat presentare
informando cum quod sumus contenti et placet nobis quod fiat unio contra Tur-
chos iuxta seriem litterarum papalium nobis missarum, et quod ad terminum
ordinatum mittemus nuncium nostrum cum sindicatu ad plenum ad presentiam
domini Pape. Et quia forte alij qui sunt in unione pro uelociori expeditione
negocij, possent mittere nuntios suos ante terminum ordinatum, informetur
dictus Neapoleo quod statim cum sciuerit alios nuncios uenisse occasione pre-
dicta ante terminum, nobis denotet per suas litteras, quia nostrum similiter mit-
temus omni causa remota. Omnes de parte.

30

25

Fo 83^{to} Περί εξοπλισμοῦ ἐπειγόντως τῶν διαταχθέντων νὰ εξοπλισθῶσι κατέργων ἐν Κρήτῃ, ἐὰν ἀκόμη δὲν
ἐξωπλίσθησαν. 1356, Μαΐου 29.

26

Fo 83^{to} Ἐπανέρχεται ἡ Γερουσία ἐπὶ τοῦ ζητήματος τοῦ χωρίου Σκαλάβι (ὄρα ἀριθ. 1 τοῦ παρόντος βιβλίου
καὶ 1. 16. 19. 23 τοῦ Liber XXVI) καὶ τῆς ὑφισταμένης διαφορᾶς μεταξὺ τοῦ ἐνοικιαστοῦ
τοῦ χωρίου Νικολάου Σαγρέδου καὶ τῶν Μάρκου Γραδενίγου καὶ Μιχαήλ Κορνάρου, περὶ

